



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

X. Ratiocinatio. Ex Liber A Permissione Christi & Pauli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIVG.

Sed Antichristum decet, ordinem rerum  
inuertere, ac tanquam  $\Delta$ VTIB $\Theta$ OIP, Deo se se  
audacter opponere. Docet autem experientia  
toto terrarum orbe, inter multa millia sacer-  
dotum, abiurantium coniugium honestum, ne  
vnum quidem reperiri, cui postea donum hoc  
castitatis spiritu & corpore, donetur. Quid igit  
tur vexantur homines? Sed Antichristum de-  
cet, hac in parte esse publicum Coniugij hone-  
sti hostem.

X.

RATIOCINATI O.

EX LIBERA P ERMISSIONE -  
Christi & Pauli.

Quicquid liberum est permisum, aut  
consulitur, id non est impossibile praestitu. Nam  
quomodo consulteretur, quod esset impossibile.

Sed Coniugium, à Christo & Paulo per-  
mittitur liberum, & consulitur castitas.

Ergo sacerdotes pontificij debent abiura-  
re honesta coniugia.

Respondeo. Stoliditas, imo pertinax ma-  
licia

## SACERDOTVM

licia vbiq; fese prodit. Primum autem plus est in Conclusione, quam in præmissis. Imo est Ad ditamentum pontificale, quod vocat Paulus doctrinam Dæmoniorum. Ruit igitur tota cognitio.

Deinde. Maior est indistincta, quia habet illam limitationem, scilicet ijs, quibus liberum permittitur, aut consulitur aliquid. Nam accurate obseruandum est, quid, quomodo, quibus consulatur aut liberum permittatur. Maior itaq; non est vniuersalis.

Minor quoq; perplexa & insidiosa est, Quia non explicatur quibus, et quomodo permittat Christus, aut consulat Paulus. Nam Christus discretissime distinguit inter habentes DONVM castitatis veræ et Sanctæ, ex singula ri ac raro Dei munere. Et inter non habentes. Non OMNIBVS inquit est DATVM. Item, Qui POT EST capere, capiat. Sunt Eunuchi inquit, qui se castrauerunt propter regnum Dei. Docet quosdam homines tales esse, non OMNES, ac non iubet considerari sacerdotes tantum, aut peculiarem ordinem hominum in vita humana, Sed eos inquam TANTVM, quibus DATVM est, Quiq; POSSUNT capere. Ergo reliquis non permittit liberum Coniugium, sed repetit

DE CONIVG?

repetit eis primam illam Institutionem: Homo adhæredit vxoris suæ. Et erunt duo in carnem vnam.

Paulus consulit quidem castitatem spiritus & corporis, sed clara voce id consilium restringit TANTVM ad eos, qui DONVM castitatis à Deo habent. Sic enim inquit: Velim autem OMNES (Nec tamen ibi de solis sacerdotibus loquitur, sed de tota Ecclesia Christi) omnes in quam homines esse, sicut meipsum. Sed unusquisq; proprium DONVM habet ex Deo. Alius quidem sic. Alius verò sic. Postea igitur subiunget: Qui se non CONTINENT (hoc est non habent illud castitatis DONVM) nubant. Melius est nubere, quam viri. Item, propter fornicationem &c.

Ista sæpius iteranda sunt, propter Argumentorum pontificiorum insulsitatem, ut rudiores tantum verbis Christi & Apostoli, inuitantur, neq; patiantur se se præstigijs dæmoniacarum doctrinarum inde abduci.

Minor igitur sic limitanda est. Non omnibus permittitur ea libertas, neq; consulitur omnibus, sed ijs duntaxat, qui peculiare Donum castitatis veræ ac miraculosæ, à Deo accepterunt.

R4-